

Epistola ad Ephesios : [Bucerus, Martinus], [1527]

CONTENTS

<i>ILLVSTRIS SIMOET PIENTISSIMO PRINcipi. Fridericho, Schlesiorum et Ligniciae Duci etc. Martinus Bucerus salutem Christi precatur.</i>	2
<i>IN EPISTOLAM D. PAVLI AD EPHE. sios Argumentum.</i>	8
<i>ARGVMENTI finis.</i>	9
<i>D. PAVLI AD EPHESIOS Epistola.</i>	10
CAPVT III.	12
CAPVT V.	14
CAPVT VI.	15
<i>Paulus.</i>	16
<i>Ex uoluntate Dei legatus Iesu Christi.</i>	16
<i>Sanctis qui sunt Ephesi.</i>	18

EPISTOLA D. PAVLI AD EPHESIOS, QVA rationem Christianismi breuiter iuxta et locuplete, ut nulla breuius simul et locu pletius explicat, uersa paulo liberius, ne peregrini idiotismi rudiores scripturarum offenderent, bona tamen fide, sententiis Apostoli appensis. In eandem Commentarius. PER MARTINVM BVCERVM,

ARGVMENTVM.

ILLVSTRIS SIMOET PIENTISSIMO PRINCipi. Fridericho, Schlesiorum et Ligniciae Duci etc. Martinus Bucer salutem Christi precatur.

Prouidentia Dei comparatum est, clarissime et religiosissime Princeps, ut quam docunque hactenus sincera Dei scientia in publicum prodierit, ilico et errorum uenti, undique ingruerint, qui si deturbare e medio illam nequirent, tantum pulueris tamen opinionum terrena resipientium, atque inde dissidiorum excitarint, ut per paucis, hoc
5 est, electis duntaxat, atque ex his multis nequaquam $\nu\delta\rho\omega\tau\iota$, illa rite conspecta fuerit. Visum namque Deo soli bono ac sapienti est, bonitatis ac uirtutis suae gloriam, contra luctantibus potestatibus aduersariis, et ex infirmitate suorum illustrem reddere. Hinc sanctis non cum sanguine et carne, humano scilicet hoste, sed ad uersus caelestes uersu-
10 gerit, non minus saeuum et atrox, quamanceps et periculosum, perpetuo depugnandum est.

mg Prodeūte ueritate in furgunt et errores. |

EPISTOLA.

Quapropter, si idem hodie, reuecta nobis Euangelii lampade, usu ueniat, ut immissis multiplicium haereseon, atque imposturarum turbinibus, mendacii author, qui dum atrium suum humanis traditionibus satis munitum tranquille possedit, egit quietius, dum peller
15 rursus mundo illam nequit, obscurare tamen adeo conetur, ut a paucis plane agnosci, a nonnullis ne uideri quidem possit, par erit, ut memores, sic bonam dei uoluntatem decreuisse, atque quemad modum antea, ita modo quoque id ita temperaturam, ut inde cum uirtus tum bonitas sua clarior reddatur, boni consilii um patris nostri super nos, ubique quae saluti nobis sint pro spicientis, consulamus, et ex animo, etiam pro hac re grati
20 as ipsi agamus. Et enim si recte rationem subduxerimus, haud parum, animos nostros confirmabit etiam, quod quam Eu angelii ueritatem profiteamur, princeps tenebrarum ad eun dem modum excipit, quo olim ab ipso seruatore, eiusque ; Apo stolis praedicatam excepit.

Quam mox enī praeter grauissimas psecutionum procellas, innumeris insanorum dog-
25 matum fluctibus, quorum ab surditatem nescias, an uarietatem atque inter se pugnantiam magis admireris, cymbam Euangelii ille quatiebat iactabatq . Idque ; haudquaquam sine successu, quippe breui a Pau lo, quo nemo unquam maiore uel sedulitate, uel dexterita te, Christum praedicauit, neque placere ad bonum omnibus quisquam magis studuit, ut qui

omnibus omnia fieret, ut uel aliquos lucraretur, omnes Asianos abalienauerat. Timotheo
 30 siquidem suo sic quaestum legimus. Nosti hoc, quod auersati fuerint me omnes, qui sunt
 in Asia, id est, indubie plurimi.

mg Quo successu contra Pauli Euam gel. Satan saeuierit. | *mg* 2 Thess | *mg* Confirma re, non dei cere
 debet, quod Euangelion nostrum ua riis errori bus oppugnatur. |

MARTINI BVCERI

Vt autem obturbantibus uariis errorum sectis, animos nequaquam despondere, sed
 assumere potius debemus, quod cum ita Domino uisum sit, oporteat, id non minus ad
 promouendam nostram salutem, quam ipsius gloriam illu strandam facere, qui probatos
 35 suos, inter huiusmodi turbines, et utiliter exercet, et magnifice prodit, ita conuenit
 nihilominus illis pro uiribus spiritus, cuique diuinitus dona ti, obuiamire, dareque ;
 operam, ut luce scripturarum, figmento rum humanae rationis tenebras, dispellamus,
 quod nos qui Christi sumus deceat, haudquaquam minore studio, cum hoc nostrocipite
 colligere, quam aduersarius soleat disper gere. Cumque ; ueterator iste, a contemplatione
 40 solis diuinae bonitatis, unde omnis cum iustitia, tum salus certo gignitur, modis omnibus,
 ad suspiciendum nihili, ac euanidum humanae industriae uirtutisque splendorem, unde
 nihil nisi fastidiosa hypocrisis, et certa pernities indubitato nascitur, animos mortalium
 detorquere conatur, nobis praecipue in hoc incumbendum est, ut fide Euangelii hominibus
 oculi corroborentur, quouiuficos solis illis diuinae beneuolentiae radios, rite percipere
 45 queant.

Quemadmodum enim Paulo benignitatem Dei omni studio attollenti, Satanae satel-
 lites praedicando circumcisionem, Sabbathata et idgenus externa, ad quae hominum uires
 possunt pertingere, negotium facessebant, sic postea adserentibus candem, sanctis Dei
 confessoribus, et liberae electioni eius, bonitatie omnia accepta ferenti bus, hostis
 50 ille ueritatis, similibus instructos armis suos obiecit, qui libero arbitrio, nostrisisque
 operibus nihil non

mg Quo studio obuian dum errdribus. | *mg* Quibus armis superi oribus saecu lis oppugnata sit ueritas. |

EPISTOLA.

tribuerent. Donec Mahometh sua figmenta, operibus mixta legis, et nostri, sua iuncta in
 speciem Euangelicis, orbi obtruscunt, eoque ; rem perduxerunt, ut nihil fere fidu tiae in
 bonitatem Dei, omnis uero spes, in conficta ab hominibus opera, eaque nullam frugem
 55 proximis adferentia, cuiusmodi bona opera Deus requirit, tantum non ab uniuerso mundo
 collocaretur.

Eodem consilio, reddito dudum nobis Euangelio, ex quo iam orbis discere incipit,
 nos natura filios irae, et nihil bo ni a nobis uel cogitare posse, Dei autem, qui ante
 conditum mundum nos sibi in filios elegit, gratuita beneuolentia spi ritum sanguine

60 CHRISTI promeritum donari, quo de ipsius bonitate, ut bene speramus, ita et studio
 ipsius, ad honesta sanctaque ; rapimur, praecipue autem, ut proximis commodemus,
 neque dubitamus, hac uelut arra obsignati in redemptionem, olim nos Christi beneficio,
 omnis peccati puros, et aeternae felicitatis plene compotes fore, salutis nostrae inimicus,
 rursum excitat, qui ad externa opera, ea que ; non solum infrugifera, sed et noxia, a fidutia
 65 benignitatis diuinae, acriore, quam ulli antea studio, reuocare laborant. Baptismum
 siquidem hi, imo rebaptismum supra quam dici queat, urgent, sed quo te ab omnibus, qui
 illum reiiciunt, quamlibet sanctis Christi membris separe, atque ne magistratui, quem
 et negant posse Christianum esse, iurando, et arma pro re publica sumendo obtemperare,
 adstrin gas. Hi praedestinationis et electionis Dei certitudinem ridet, et in impletionem
 70 legis, sed ad ipsorum interpretationem, saepe absurdam, ad quam uires quoque adesse

mg Quiu doceat Euan gelion. | *mg* Errores quidam Catabaptista rum. |

MARTINI SVCERI

omnibus hominibus adseruerant, spem figere docent. Hinc beneuolentiae Dei praedica-
 tionem, hoc est, Euangelion, efficere blasphemant, ut homines a bonis operibus cessent,
 salutem a merito Christi frustra expectantes, cum tamen, nullum prorsus a nobis bonum
 opus sieri possit, nisi id sensus amorq bonitatis Dei gignat. Sed non hic tantum nobis
 75 isti impingunt, quod ipsi peccant. Peccatum ipsi falsam et euanidam opinionem faciunt,
 quia non sit creatura D E I coque ; olim etiam prorsus euaniturum, tùmque saluos fore,
 et daemones et impios uniuersos, quem hoc figmentum, qui id receperit, non reddat
 socordem, bonorumque operum negligentem, cum etiam impio sibi, aditum ad beatam
 uitam fore, et si paulo serius putet?

80 Istis profecto usu uenit, quod et Iudaeis, mundique ; sapi entibus olim. Suam
 quaerunt istitiam statuere, igitur DEI iustitiae quae per fidem est, subdi nequeunt, et
 indulgentes fidentesque ; ingeniis suis, sapientes esse uolunt, ideo plus nimio stulti fiunt.
 Verum dum insolentem prae se graut tatem, rerumque uitae praesentis contemptum,
 praeser tim apud cos, qui fermentum eorum nondum recaeperunt, prae se ferunt, minime
 85 paucis, quibus zelus aliquis est, sed scientia carens, imponunt. Nam ingenium humanum
 praecipue admirari solet, quicquid a uulgari ratione uiuendi abhorret, etiamsi ne pilum
 quidem bonae frugis adferat, qua certe occasione, Romanenses abdicantes connubium,
 et Mahomethani uinum, et Monachi usum carnum, ac rerum quarundam aliarum, in

mg Quibus ar tibus mun do soleat imponi. |

EPISTOLA.

quarum tamen usu ut nulla est impuritas, ita nulla in absti nentia earum sanctitas, totum
 90 fere mundum dementarunt. Porro ut istorum impostura serpat, non paruum mo mentum
 adfert, eorumqui CHRISTI esse uolunt infirmitas ne dicam, an socordia et detestanda

leuitas. Dum enim simpliciores, nondum scilicet a spiritu intus satis roborati, uident tam
 imparem doctrina Euangelica uitam apud eos, qui illam profitentur, minimo negotio ab
 iis, qui speciem aliquam eius prae se ferunt, persuadentur, non esse eam uere Euangelicam
 95 doctrinam, quam illi praedicant. Vae igitur nobis, si blasphemandi doctrinam CHRISTI,
 et offensionis pusillorum occasione dederimus.

Praeter hos, sunt et ex iis, qui Euangelii purissimi uin dices sibi uideri uolunt, neque
 sane uulgariter in prouenire do illo, sudarunt, qui nescio qua animis ipsorum obfusa, con-
 tentionis et φιλαυτίας incertum, an stuporis et ignorantiae nubecula, Sacramentis, quae
 100 symbola sunt Christianorum, et externo uerbo, ea tribuunt, unde diuinae beneuolentiae,
 uirtutisque claritas non parum obscuratur. Vehicula enim illa faciunt, spiritus sancti,
 et fidei, cum haec donet sola bonitas Dei, impetrata morte CHRISTI. Hi ex eadem
 cognitionis gratiae Dei angustia, et sanctorum salutem aeternam negant, dum hic, qui
 Christo uere crediderint, rursum posse excidere, non tam inconsiderate, quam periculose
 105 affirmant. Quae enim fides, quae se dubitet habere repositam sibi penes Deum uitam
 aeternam, hoc est, esse filium atque haeredem Dei? Iam

mg Sacramentis et exterius uerbo quidam nimum tribuunt. |

MARTINI BVCKERI

DEVS suis, pro fide ipsorum facit.

Proinde cum tam multis errorum nubibus Christi ad uerfarius, contra restitutam
 nobis illius lucem Euangelicam, perstrenue adhuc pugnet, nouosque ; cottidie excitet,
 110 abusus et sanctorum ignorantia et infirmitate, sit denique eius in omnibus idem conatus,
 nimirum, ut opera manuum suarum homines adorent, et non ut deploratos peccatores,
 diuinae beneuolentiae, sanguinique CHRISTI curandos plena fide sese contradant, debent
 profecto, quibus Christi gloria, electorumque ; salus chara existit, nihil uicissim omittere,
 quo regni CHRISTI Euangelion, et bonitatis DEI praedicatio, quam in primis uniuersa
 115 scriptura ubique inculcat, orbis magis ac magis agnoscat. Vere enim sordebunt nobis
 nostra, ubi diuinae bonitatis gustum recte percaeperimus, neque cessabimus tum a bonis
 operibus, sed gnauiter demum illis incumbemus, toti scilicet eo rapti, ut gratificari patri
 nostro studeamus.

Cum uero Paulus in praedicanda DEI praedestinatione, electione, amplissimaque ; in
 120 nos bonitate et efficacia sanguinis CHRISTI, hoc est, in annunciando sincero Euangelio,
 docendaque doctrina certae salutis, ita excelluerit, ut non paruo interuallo, alios sacros
 scriptores post se reliquerit, praesertim si lucem, et copiam spectes, optandum est, ut
 illius Epistolae quam familiarissimae Christianis omnibus reddantur. Qui sane eas recte
 teneret, cum sibi tum aliis, quoslibet facile errores auerteret.

mg Paulus clarius et copiosius Euangelion prae dicauit. |

EPISTOLA.

125 Equidem igitur ut huc fratribus scripturarum rudioribus adiutor essem, quibus et V. Fabus Capito paratis nuper in Hoseam haudquaquam uulgaribus commentariis, et M. Cellarius opere, de Operibus Dei in quo diuina bonitas magnifice praedicatur, plurimum consuluerunt, Epistolam illam ad Ephesios, hisce diebus enarrandam mihi de sumpsi. Visum enim mihi est, doctrinam Christi, breuiter iuxta et luculenter, atque copiose adeo
130 complexa esse, ut his nominibus, nullam aliam ei praeferendam existimem, totiusque ; sacrae scientiae, compendium recte habendum censeam.

Docet quidem fusius etscripturis communitius, ea quae Romams scripta extat, omnem carnem peccato obnoxiam, a lege non esse nisi peccati cognitionem, non iustitiam, a gra tia Dei, et merito Christi hanc prouenire, omnia ab electione libera Dei pendere,
135 abnegatione nostri, et dilectio ne proximi Deo gratificandum, magistratui parendum, offendicula fratrum cauenda, eandem esse Gentium et Iudaeorum redemptionem, sedhaec nostra, de his omnibus, et breuius, et ut uidetur luce maiore disserit, tum maiestatem Christi Paulo magnificentius praedicat, et de uitae Christianae officiis disputat distinctius, et admodum locuplete.

140 Hanc ergo quam uel solam, si recte intelligatur, satis esse puto, et ad gratiam Christi commendandam, et uitam quam pientissime instituendam, tum errores quosque conuincendos, uerti primum, paulo liberius, ne idiotismi par tim Ebraei, partim peculiariter Paulini, rudioribus nebulam aliquam offunderent. Optarim enimut dum extat

mg Epistola ad Ephes. totius scri pturae compendium. | *mg* Quae Epi stola ad Rom. con tincat. | *mg* Praestiterat sacrali berius uer tere. |

M. BV CERI

utrunque instiumentum sua lingua, et gratia Deo, multi sunt hodie, qui eas linguas
145 calleant, ut ad fontes semper redire liceat, si quid interpretes, parum assequerentur, ea libertas in uertendis sacris adhiberetur, quam sibi fidi in terpretes permittunt in prophanis. Qui enim dices in lin guam aliquam uersum, quod in ea non dum propter alterius linguae ex qua uersum est idiotismos, potest intelligis? Scio religionem hanc interpretum, maiestati scripturarum tributam, sed ut dixi autographa spiritus extant, ad quae semper
150 potest corrigi, sicubi interpretes dormitent, quarc mihi praestare uidetur, dum uersionibus iis consuli debet, qui sacras linguas Ebraeam et Graecam ignorant, neque sacrorum scriptorum schematis assueti sunt, ut quam familiarissime et planissime etiam sacra tranfferrentur. Id igitur pro mea tenuitate in hac Epistola dedi operam, quid assecutus sim alii iudicent. Si cui uidear alicubi magis paraphrasten egisse quam interpretem, is si
155 libet ita quoque me nomet, uideor mihi tamen nihil a mente Pauli alienum assuisse. Adieci deinde et commentarium, quo singula Epistolae huius pro uirili explicare iis, qui in Pau linis literis nondum exerciti sunt, et quidem omnia simpliciSSime sum annisus, ut successerit fratrum esto iuditium.

160 Quicquid hoc operis est, tibi clarissime princeps dedi care decreui, qui tanta sedulitate, regnum Christi, synceranque ueritatis cognitionem plantare apud tuos studes,

con uocatis undique uiris pie doctis, contempto et nequaquam uulgari in quod tuam dignitatem et opes adducis pericu lo, et sumptu, quem huius caussa haudquaquam medio

mg Quare liberius uer sa sit Epistola. | *mg* Institutum imitabile principis Schlesiorum. |

EPISTOLA.

crem facere incoepisti. Cui siquidem principum rectius sa crorum commentarii inscrib-
antur, quam ei qui sacrorum scientiam suo locohabet, digneque ; colit? Inter quos
165 admodum paucos tua celsitudo praeclare fulget, quae cum syn ceriore pietatis doctrina,
et linguarum studia, sine quibus nulla solida eruditio constat, suis coniungi curat. Neque
pa rum uero huc audaciae me prouocauit, quod sciam, te cam Christi cognitionem nac-
tum, quam haec Pauli Epistola, ut et reliquae omnes, tradit, cui nihiladhaereat adhuc,
fermenti commentorum rationis humanae, quae dixerit uale mundi elementis, confiteatur
170 plantantem et rigantem nihil esse, ne quid nostris operibus arrogemus, sacrum tamen
habeat externum quoque Euangelii, exhortationisque ; in Domino, usum, et si uehiculum
spiritus inde nullum faciat, de quare Caspar Schuenftfeldius tuus, pro eximia sua re
uelatione, praeclare scripsit, neque sacramenta contemnat, sed suo loco, pro symbolis
scilicet externae communionis inter Christianos et instituendae et alendae, habeat.

175 Hanc nostram itaque qualemcunque operam celsitudo tua sibi incupatam, eo animo
excipiat, quo quemlibet ad pro mouendam Christi gloriam in quouis conatum solet, hoc
est, iucundo et fauenti, quodque ; coepit, post doctrinam Christi synceram, et nullis
humanis figmentis fermentatam, pergat curare, ut linguas et aliae frugi artes, iuuentus eius
doceatur, neque audiat non tam regillosos ut uideri uo lunt, quam fastidiosos quosdam,
180 qui haec sancta Dei dona contemnunt, a spiritu uolentes omnia discere, cum quo haud
perinde magnam familiaritatem habent, qui profecto di

mg Pura prin cipis huius religio. | *mg* In contem ptores bo narum ar tium et linguarum. |

M. BV CERI

gni essent, ut et uentri suo cibum, item ab illo per miracu lum cogherentur expectare,
donec discerent, non minus ad sanctam eruditionem, nostram operam adhibendam, quan
quam omnia bona ueraque doceat solus spiritus Dei, quam ut corpori parentur alimenta,
185 quod et ipsum sola uirtus Dei sustentat. Etenim dum rectis iudiciis plurimi pollebunt, et
minus loci inueniet impostura, et amplior in rebus singulis bonitatis Dei admiratio atque
cognitio, plurimum ad pietatem promouebit.

Atque utinam et alii principes ac Res publicae , tam san ctum et laudatum Cel.
tuae institutum, uelint aemulari, sic declaraturi agnoscere se, a Domino ipsius plebi .
190 praefectos, quorum primum studium esse debeat, ut illa bonitatem Dei sui agnoscat,
et aduoluntatem ipsius sua uniuersa comparet. Nam haud uulgaris Dei ira existit, ut
quos dam omnium cura plus quam pietatis, apud suos excolen dae sollicitet, et nullorum

sumptuum plus pigeat, quam qui in optima studia fiunt. Dominus qui omnium principi
um corda in sua manu habet, dirigat ea, ut rite ipsum agnoscant et colant, quo placidam
195 ubique et quietam uitam electi degant, cum pietate et honestate. Is et sanctos C. T.
conatus secundet, eamque ; cum liberis, et omni ditione seruet, bonisque omnibus
exornet. Illi sit gloria in saecula omnia, Amen. Argentorati pridie Calend. Septembus
Anno Christi M. D. XXVII.

IN EPISTOLAM D. PAVLI AD EPHE. sios Argumentum.

Ephesi, quae Asiae minoris metropolis fuit, et Dianae multimammiae studiosissima
200 cultrix, triennio Paulus Christum praedicauerat, et non contemnendum populum cum
ex urbe, tum tota Asia fuerat lucratus. Ita ut quidam qui curiosas artes sectati fuerant,
recepto Euangelio, comportatos libros suos, coram omnibus ad testandam resipiscen-
tiam exusserint, quorum precia tamen fuere ar genti myriades quinque , quae summa
supputatore Budaeo quinque milia Coronatorum ualet. Indicibili siquidem stu dio, atque
205 constantia, in hoc incubuerat, ut annuntiaret quae in rem illorum essent, et omne Dei
consilium ipsis aperiret, doceretque et publice et per singulas domos poe

mg Quae Paulus apud Ephesum effecerit. |

M. BVCERI

nitentiam ac fidem, quae est erga Dominum nostrum IESVM Christum, denique et
moneret cum lachrymis unum quemque die et nocte. Ad haec ne sua uideretur quaerere,
cum suis, tum eorum qui secum erant necessitatibus, suae ipsius manus suppeditauer-
210 ant. Dominus quoque sermonem eius cum miris uirtutibus confirmauerat, nam et su-
dariis eius, et semicinctis, super infirmos delatis, morbi recedebant, malique ; spiritus
egrediebantur, tum incomparabili spiritus fortitudine reddiderat illustrem, supra mo-
dum enim in hac urbe afflictus fuerat, et Domini tamen consolatione superior semper
euaserat.

215 Cum itaque eximie charos Ephesios haberet, ut apud quos non uulgari successu
regnum Christi instituisset, pri mum Timotheum praecipuum collegam remanere apud
eos, ut a se plantata rigaret, uoluit, deinde Hierosolyma petens, cum sciret in eas regiones
se non rediturum, euocatos e Mileto Ephesiorum praesbyteros, per sancte monuit, ut
sibi, et cuncto gregi attenderent, ne quid incommodi a subingressuris lupis, quos graues
220 futuros illis prae dicebat, Ecclesia eorum perciperet. Hinc postremo et ex uinculis,
quibus Romae detinebatur, hanc Epistolam ad eos scripsit, qua uelut in compendium,
omni Christianismi ratione contracta, eos in instituto confirmaret, atque proueheret.

Proinde mira et luce et breuitate de singulis, quae Christianos scire refert, in ea
monuit. Ut omnis mortaliu tam iustitia, quam salus a libera Dei praedestinatione et

mg Quam fuerit pro Ephesiis sollicitus. |

EPISTOLA.

225 electione pendeat, et per Christum, per quem omnia instauranda sunt, in caelo et in terra, quique super omnia ex altatus, omnium potestate pollet, in electis tam ex Gentibus quam Iudaeis perficiatur, ad hoc ut Deus in nobis glorificetur. Vt natura perditionis uniuersi sumus, aequae Iudaei ac Gentes, et gratuita Dei beneuolentia seruemur, quot quot seruamur, reconditi scilicet in Christo, ad bona opera, qui ex Adam nati, tantum
230 mala operari possumus. Vt denique Christus morte sua legem caeremoniarum, ob quam Iudaei gentes aspernabantur, abrogarit, et donatas sui cognitione gentes, cum Iudaeis in se, in unum hominem coagmentarit, qui cottidie incrementa pietatis accipiens, in templum sanctum Domino cresceret.

Horum miris affectibus, et magna perspicuitate, per duo priora capita admonuit, simul et gratias pro illis agit, precarique; se pro ipsis memorauit, ut in cognitione horum proficerent, quo agnoscerent, ad quantam spem uocati essent, quanta sit gloria haereditatis quam expectarent, quamque praecellens uirtus qua niterentur, qua utique Christus a mortuis est excitatus, et super omnia ad dexteram patris euectus. In tertio Capite eadem illis precatur, et simul meminit muneris sui, qui peculiariter fuerit ad
240 Euangelizandum gentibus delegatus, utque; aperiret, quod mysterium a saeculis etiam ipsis Angelis absconditum fuerat. Denique hortatur, ne ob suas afflictiones, quas ipsorum causa ferat, frangantur, sed magis roborato interno homine, bonitatem Dei quam amplissime cognoscant.

mg Cap. primum et secundum. | mg Cap. tertium. |

ARGVMENTVM.

Deinde quarto Capite, et bona parte quinti, ad studium dilectionis ueramque; animorum
245 unitatem, tum et depositionem ueteris hominis cum coperibus suis, multis argumentis hortatur, memorans, in hoc Christum initio regni sui alios dedisse Apostolos, alios Prophetas etc. ut in cognitione Christi singuli confirmati, in unum hominem summa dilectione coalescerent, atque abdicatis carnis operibus, in omni iustitia et sanctitate Deum glorificarent. Per reliquam partem quinti, et bonam sexti, de peculiaribus officiis
250 quibusdam, uxoribus scilicet, maritorum, filiorum, parentum, seruorum et dominorum, sancta praecepta tradit. Postremo armat eos contra uersutias caelestes, nempe potestates malorum spirituum, et ad instantem hortatur precationem, cum pro sanctis omnibus, tum et pro se ipso, quo digne Euangelico munere fungatur. Inde precatus pacem et beneuolentiam Dei, et ipsis et omnibus diligentibus Christum, Epistolam finit. Quae
255 uero hoc argumentum de Ephesiis memorauit, legitur 1. Cor. 15. 2. Cor. 1. 1. Timoth. 2. Act. 19. et 20.

ARGVMENTI finis.

mg Cap. quartum et quintum. | mg Cap. sex. |

AD EPHESIOS EPISTOLA.

D. PAVLI AD EPHESIOS Epistola.

[p.9]

[p.1.]

[p.2.]

[p.B]

Paulus ex uoluntate Dei legatus IESV Christi, sanctis qui sunt Ephesi, nempe fidem habentibus Christo IESV, beneuolentiam uobis et pacem, Dei patris et Domini nostri Iesu Christi precor.

260 Gratia sit et laus Deo patri Domini nostri IESV Christi, qui omni nos genere spiritualis beneficentiae, bonis nimirum caelestibus, affecit per Christum, quemadmodum per illum nos ante conditum mundum, in hoc elegit, ut simus sancti, et ipsius quoque iudicio inculpati, dilectioni scilicet proximorum dediti.

D. PAVLI AD EPHESIOS

[p.3.]

[p.4.]

[p.5.]

[p.6.]

[p.7.]

265 Qui praedestinavit pridem nos, ut in filios sibi, per IESVM Christum, ex dignatione uoluntatis suae adoptaret, quo gloria beneuolentiae eius celebris in nobis esset, qua nos propter illum dilectum, dignatus est.

Per quem, satisfaciente pro nobis sanguine illius, habemus redemptionem, remissionem nimirum peccatorum. Idque ex amplissima beneuolentia eius, quam ubertim nobis impartiuit, donatis omni sapientia et prudentia, postquam uidelicet ex singulari dignatione notam fecit arcanam uoluntatem suam.

270 Qua proposuerat, dum ex certa rerum omnium et temporum dispensatione, statutum huius tempus apperisset, instaurare per illum, nempe Christum, uniuersa, per hunc inquam tam quae in caelo sunt, quam quae in terra.

275 Per quem et in sortem sanctorum asciti sumus, praeordinati iuxta propositum eius, qui cuncta ubique efficit, et beneuolum arbitrium eius, ut celebris in nobis reddatur gloria eius, qui in Christum spem nostram priores collocauimus, in quem et uestram collocastis, postquam sermonem ueritatis, Euangelion salutis uestrae, audiistis.

Cui ut fidem habuistis, obsignati quoque estis spiritu sancto, qui promissus nobis fuerat, qui est arrabo hereditatis nostrae, quo fre

EPISTOLA.

[p.10]

[p.8.]

[p.9.]

280 ti, redemptionem, qua continget certa uitae possessio, indubitato expectemus. Idque ut gloria eius in nobis celebris reddatur.

285 Ea propter cum et ego audiissem, qua uos in Dominum Iesum fide, quaque dilectione in sanctos omnes estis praediti, non desino gratias pro uobis agere, memor uestri in precibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater ille gloriosus, aspiret uobis sapientiam et reuelationem, ut ipsum cognoscatis, illuminatisque oculis mentis uestrae sciatis, quid ex uocatione uestra uobis sperandum sit, et quae opulentia sit gloriae hereditatis, quam donauit sanctis, quae denique praecellens uirtutis eius in nos credentes magnitudo.

290 Quae in nobis declarabitur, iuxta efficaciam fortis roboris eius, quam efficaciam
in Christo exhibuit, cum excitauit illum a mortuis, et ad dexteram suam collocauit in
caelestibus, super omnem principatum et potestatem, et uirtutem, et dominationem, et
quicquid omnino eximium siue in praesenti, siue in futuro saeculo celebratur, subiecitque
omnia pedibus eius, ipsumque dedit caput Ecclesiae super omnia, quae est corpus eius,
et in qua cumulate exuberantem bonitatem suam declarat, qui illa perficit omnia in
295 omnibus.

D. PAVLI AD EPHESIOS

Et uos, cum mortui eratis delictis et peccatis, in quibus uiuistis iuxta rationem uiuendi [p.1.]
mundi huius, secundum instinctum principis potestatis aerae, spiritum, qui agit modo [p.2.]
incredulos, inter quos et nos omnes aliquando uersabamur, indulgentes cupiditatibus na [p.3.]
turae nostrae, et perficientes quae ferebat arbi trium carnis nostrae, et cogitationes, qui [p.4.]
300 nimirum aequae ac alii, natura irae Dei, obnoxii eramus.

Deus autem diues misericordia, propter multam dilectionem qua nos dilexit, etiam
mortuos delictis, conuiuificauit, una cum Christo (beneuolentia gratuita seruati estis) et
simul excitauit, atque simul collocauit in caelestibus, insitos Christo Iesu. Vt ostenderet
saeculis futuris, excellentem beneuolentiae illius opulentiam, benignitate erga nos in
305 Christo Iesu.

Beneuolentia gratuita seruati estis perfidem, idque non ex uobis, Dei donum est, non
ex operibus ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus figmentum, conditi in Christo Iesu, ad
bona opera, quae Deus praeparauit, ut in eis uersaremur.

310 Memores igitur estote, quod olim natura Gentes eratis, praepotio impuri uocati ab iis,
qui circuncifi, circuncisione manu facta dicebantur, quod, inquam, tum sine Christo era

EPISTOLA.

tis, et abalienati a R. Pubus Israelis, atque extra nei a foederibus, promissionem in se [p.11]
continentibus, nullam spem habentes, et sine Deo ac plane impii habiti in mundo. [p.5.]

Nunc uero insiti Christo Iesu, qui longe eratis, facti estis prope, per sanguinem [p.6.]
Christi. Ipse enim author est pacis nostrae, qui fecit ex utrisque unum, sublato per [p.7.]
315 sacrificium corporis sui interstitio maceriae, inimicitia, abolita inde lege, mandata et
decreta continente, ut duos sibiipsi conderet in unum nouum hominem, paceque facta
conglutinet duos, in unum corpus Deo per crucem, extincta in semetipso inimicitia.

Et adueniens Euangelizauit pacem uobis qui eratis longe, ut et iis qui prope fuerunt.
Per ipsum enim utrique aditum habemus ad patrem, afflati eodem spiritu.

320 Proinde iam non estis hospites et aduene, sed conciuues sanctis, atque domestici Dei,
inaedificati fundamento, quo et Apostoli atque Prophetae inaedificati sunt, existente
summo angulari lapide Iesu Christo, per quem omne aedificium coagmentatum, exurgit
in templum sanctum Domino, per quem et uos coaedificamini in domicilium Dei, agente
in uobis spiritu.

D. PAVLI AD EPHESIOS

[p.1.]

[p.2.]

[p.3.]

[p.4.]

CAPVT III.

325 Huius gratia ego Paulus uinctus sum Chri sti Iesu, pro uobis gentibus. Audistis siquidem dispensationem beneuolentiae Dei, quae mihi commissa est erga uos. Per reuelationem enim notum mihi fecit arcanum, quemadmodum paucis ante scripsi, ex quibus cognoscere potestis legentes, quid de arcano Christi intelligam.

330 Quod utique aliis saeculis, non fuit hominibus reiectum, uti nunc sanctis Apostolis eius et Prophetis per spiritum reiectum est, nepe quod gentes sint cohaeredes, et eiusdem corporis, atque participes promissionis eius, in Christo exhibitae per Euangelion, cuius factus sum minister, iuxta donum beneuolentiae Dei, datum mihi ex efficaci uirtute eius.

335 Mihi inquam minori quolibet minimo omnium sanctorum, haec beneuolentia contigit, ut inter gentes Euangelizarem, in perue stigabilem opulentiam Christi. Et illato lumine monstrarem omnibus, quae sit commu nio arcani a saeculis penes Deum, qui omnia per Iesum Christum creauit, absconditi.

Vt nota modo fieret per Ecclesiam, principatibus et potestatibus caelestibus, multifaria sapientia Dei, secundum propositum

EPISTOLA.

aeternum, quam exhibuit, in Christo Iesu Do mino nostro.

340 Per quem confidenter agimus, et aditum habemus ex fiducia, quam suppeditat, quae erga ipsum sumus fide . Quare precor, ne frangant uos afflictiones meae, quas pro uobis sustineo, quando quidem haec uestra gloria est.

345 Huius causa flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis cognatio in caelis et in terra constat, ut det uobis secundum opulentam gloriam suam, uirtute corroborari per spiritum, ut bene habeat homo interior, et habitet Christus per fidem in cordibus uestris, sitque in uobis confirmata, probeque fundata dilectio.

Vt ualeatis cum sanctis omnibus comprehendere re, quae sit latitudo, et longitudo, profunditas et celsitudo, noscereque praeeminentem cognitioni dilectionem Christi. Vt bonitate Dei ad summum repleamini.

350 Potenti uero facere cumulate, secundum uirtutem in nobis efficacem, ultra omnia quae uel petimus, uel cognoscimus, illi sit gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes aetates saeculi saeculorum amen.

D. PAVLI AD EPHESIOS

355 Adhortor igitur uos ego uinctus Domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, cum omni submissione et mansuetudine, cum longanimitate, tolerantes uos inuicem per dilectionem, studentes seruare unitatem spiritus, uinculo pacis.

Vnum corpus entis, uno ipiritu uiuitis, quem admodum una spes est uocationis uestrae, qua uocati estis. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui omnibus praesidet, per omnia uirtutem suam exerit, in omnibus uobis agit.

360 Vnicuique uero uestrum contigit beneuolentia, secundum modum, quo illam Christus impartit. Quare ille dicit: Cum ascendisset in altum, dedit dona hominibus. Hoc uero, ascendit, quid indicat, nisi quod descendit prius, in haec inferiora, in terram? Qui

[p.12]

[p.5.]

[p.6.]

[p.7.]

[p.8.]

[p.9.]

[p.2.]

[p.3.]

[p.4.]

descendit, ipse est, qui et ascendit super omnes caelos, ut perficeret omnia.

Et hic dedit hos quidem Apostolos, alios uero Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad hoc ut sancti instruantur, et opus ministerii procedat, aedificiumque corporis Christi incrementum accipi at, donec uniuersi occurrerimus inuicem eadem fide et cognitione filii Dei praediti, similes ui

EPISTOLA.

ro iam aucti roboris, assecuti modum integrae aetatis CHRISTI, ut non simus iam amplius pueri, quos uertat, et circum ferat, quilibet doctrinae uentus, ex impostura hominum, et uersutia, quibus errorum obtrudunt.

370 Sincera agamus dilectione, et diligamus, relaturi per omnia eum, qui caput est Christum. Ex quo omne corpus coagmentatum, et compactum, per omnem commissuram, qua fit subministratio, secundum efficaciam pro portione cuiusque partis, incrementum accipit, ad instaurationem sui ipsius per dilectionem.

375 Hoc ergo dico, et obtestor per dominum, ne post hac conuersemini, ut reliquae gentes conuersantur, iuxta uanitatem mentis earum, obtenebrati sensu, abalienatique a uita Dei, propter ignorantiam quae in eis est, et caecitatem cordis eorum. Qui postquam ad indolentiam peruenerunt, tradiderunt semetipsos lasciuiae, ut quamlibet immunditiam patrarent, simul addicti auaritia.

380 Vos autem non sic didicistis Christum. Si quidem audiuestis eum, et docti estis, quemadmodum ueritas Iesu habet, quod oporteat uos deponere iuxta priorem conuersationem

D. PAVLI AD EPHESIOS

nem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta desideria erroris, renouari autem per spiritum mente uestra, et induere nouum hominem, qui conditus sit secundum DEVM, ut iustitia et solida sanctitate polleat.

385 Proinde ablegantes mendacium, loquimini ueritatem, quisque proximo suo, eo quod inuicem membra sumus.

Irascimini ut non peccetis, Sol, durante ira uestra, non occidat, neque detis locum Diabolo.

Qui furabatur, iam non furetur, magis uero laboret manibus, utili honestaeque artium incum bens, ut possit impartire ei, qui opus habuerit.

390 Nullus sermo spurcus ex ore uestro prodeat, sed si quis frugi sit, et idoneus quod utiliter alii instruantur, ut frugem audientibus adferat, et ne contristetis spiritum sanctum dei, quo, ut redemptionem olim consequamini obsecrati estis.

Omnis amarulentia, et commotio, et ira, et tumultuans uociferatio, et maledicentia reiciatur a uobis, cum omni malitia.

395 Sitis autem inuicem benigni, propenso affectu, gratificantes inuicem uobis, quemadmodum et DEVS uobis gratificatus

EPISTOLA.

est, per CHRISTVM.

[p.13]

[p.5.]

[p.6.]

[p.7.]

[p.8.]

[p.9.]

[p.10.]

[p.11.]

[p.12.]

[p.13.]

[p.14]

[p.1.]

[p.2.]

[p.3.]

[p.4.]

[p.5.]

CAPVT V.

Estote igitur imitatores DEI, ut dilecti filii, et conuersamini secundum dilectionem, quemadmodum et CHRISTVS dilexit nos, tradiditque semetipsum pro nobis hostiam et sacrificium Deo, cuius ille nidore plurimum quoque fuit oblectatus.

5 Scortatio uero et omnis immunditia, aut auaritia, nihil loci apud uos habeat, sicut decet sanctos, sed neque turpitudine, et stultiloquium, aut facetiae, quae omnia non decent, sed magis gratiarum actio.

Hoc siquidem agnoscitis quod omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui est idolorum cultor, non habet haereditatem in regno Christi et Dei. Nemo uobis imponat inanibus sermonibus, propter haec enim quae dixi, uenit ultio Dei in incredulos.

10 Ne igitur participetis cum illis. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux, postquam Domino consecrati estis, ut filii luce praediti igitur conuersamini.

Fructus enim spiritus, situs est in omni

D. PAVLI AD EPHESIOS

bonitate, et iustitia et ueritate, cum exploratis quid Domino beneplaceat.

[p.6.]

Et ne communicetis infrugiferis tenebrarum operibus, magis uero illa arguite. Quae
15 namque in abscondito ab illis fiunt, foedum est dicere. Omnia uero quae arguuntur, ceu alumine manifestantur. Quicquid enim manifestatur, iam luminis aliquid habet. Quapropter ait: Expergiscere qui dormis, et surge a mortuis, et illuminabite te Christus.

[p.7.]

[p.8.]

[p.9.]

Videte igitur quomodo circumspecte conuersemini, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quod dies mali sint. Proinde ne sitis imprudentes, sed
20 intelli gentes quae sit uoluntas Domini.

Et ne inebriemini uino, quod uitam reddit intemperantiorem, sed implemini spiritu, loquentes uobis inuicem, Psalmis et hymnis, atque spiritualibus cantilenis, canentes et psallentes, in corde uestro Domino, gratias agentes pro omnibus, per Dominum nostrum Iesum Christum, Deo et patri.

25 Subditi uicissim alius alii estote in timore Dei. Vxores propriis uiris subiectae sint, ut domino, quod uir caput sit mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae, et idem saluator sui

EPISTOLA.

corporis. Vt ergo Ecclesia subdita Christo est, ita uxores propriis uiris in omnibus.

[p.15]

[p.10.]

30 Viri diligite uxores uestras, quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam, et tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, purgatam lauacro aquae per uerbum, ut exhibeat sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut quid huiusmodi, sed ut sancta sit, et inculpata. Sic debent diligere uiri uxores suas, ut sua ipsorum corpora. Diligens uxorem suam, se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut Dominus Ecclesiam.

[p.11.]

[p.1.]

35 Quoniam membra sumus corporis eius, ex carne eius et ossibus eius, pro quo relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, eruntque duo, ut uiuant unum hominem. Hoc arcanum magnum est, ego autem dico quoad CHRISTVM, et Ecclesiam.

Veruntamen et uos singillatim, suam quisque uxorem diligat perinde atque seipsum, et uxor uolo ut reuereatur maritum.

CAPVT VI.

Filii morigeri estote parentibus uestris, ut

D. PAVLI AD EPHESIOS

dignum Domino est. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, et matrem, quod primum quidem praeceptum est, habens promissionem, hanc nimirum, ut bene tibi sit, sisque longaeuus in terra.

5 Patres, ne prouocetis ad iram, filios uestros, sed educate eos, institutione et correptione Domini.

Seruo auscultate dominis carnalibus, cum timore et tremore, in simplicitate cordis uestri, tanquam CHRISTO, non ad oculum seruientes, uelut qui placere hominibus student, sed ut serui CHRISTI, perficientes uoluntatem DEI ex animo et beneuole, seruientes uidelicet DOMINO et non hominibus, scientes quod unusquisque, quod fecerit boni, id referet a Domino repensum, siue seruus sit, siue liber.

Et domini eadem facite erga illos, remittentes minas, scientes, quod et uester dominus est in caelis, et personarum respectus apud eum nullus.

15 Quod reliquum est, fratres mei, corroboramini, per Dominum, et robur fortitudinis eius, induimini totam armaturam DEI, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli. Et enim non est nobis lucta aduersus sanguinem et carnem, sed aduersus principatus, et pote

EPISTOLA.

tes, aduersus Dominos mundi, tenebrarum saeculi huius, aduersus spirituales uersutias, quae sunt in caelestibus

20 Quapropter assumite totam armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et omnibus peractis stare. State igitur circumcinctis lumbis uestris, ueritate, et induti thoracem iustitiae, et calceati pedes, promptitudine annuntiandi Euangelii pacis. Super omnia assumentes scutum fidei, quo possitis cuncta iacula mali illius ignita extinguere, et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est uerbum Dei.

25 Omni oratione et deprecatione, orantes in omni tempore, et spiritu, in id ipsum uigilantes, cum omni instantia et deprecatione pro sanctis omnibus, et pro me, ut detur mihi sermo, dum os meum aperiendum est, cum omni fiducia, ad notum faciendum arcanum Euangelii, cuius legatione fungor, constrictus catena, ut confidenter illud annunciem, sicut oportet me loqui.

30 Vt uero sciatis et uos, quomodo res meae habeant, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus dilectus frater, et fidus in negotio DOMINI minister, quem in hoc ad uos misi, ut cognosceretis de

[p.2.]

[p.3.]

[p.4.]

[p.5.]

[p.16]

[p.6.]

[p.7.]

[p.8.]

D. PAVLI AD EPHESIOS

[p.9.]

rebus nostris, et consolaretur, corda uestra. Pax sit fratribus, et dilectio cum fide a Deo patre et Domino nostro Iesu Christo. Beneuolentia Dei, cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Iesum Christum cum integritate. Missa fuit Roma per Tychicum.
 35 Amen. Finis Epistolae D. Pauli ad Ephesios.

M. BVCKERI COMMENTARIVS

[p.17]

Paulus.

De ratione nominis nullis disserere non est consilium, tum quod certi hic nihil queat referri, tum quod quicquid afferatur, haud magnum ad pietatem momentum attulerit. In Actis 13. scribit Lucas: Saulus uero qui et Paulus plenus spiritu sancto etc. Vnde coniscio binominem fuisse, Iudaeis tamen fere Saulum appellatum, nomine scilicet
 40 illis familiari, Gentibus autem Paulum, quod nomen ob imperium Romanorum apud illas frequens esse coepe rat. Quod igitur sibi nato ciui Romano forsitan inditum fuerat, scribens gentibus, libenter epistolis suis praefixit, ut ethnicis hactenus ethnicus fieret et ad Christum eos perliceret-Quo exemplo docemur, ut mediis rebus in gratiam hominum, si
 45 quid inde commodi ad illos queat redire, libenter utamur, quandoquidem uere Christiani sit, studere ut placeat ad bonum omnibus Rom.14.Proinde quous alio quam quo Paulus actus fuit, spiritu aguntur, qui superstitiose adeo non religiose a bonis Dei creaturis plerisque, eo quod illis mali abutantur, abhorrent, non sustinentes uel aliquantisper hominibus, e quibus forte Christo aliquos usu illarum lucrifacerent, gratificari. id est,
 50 Schaul indubie, cum circumcideretur fuerat Apostolus hic appellatus, hactenus tamen ethnicis ethnicus fieri uoluit, ut Romanum: nomen Ebraeo in omnibus epistolis suis praeferret. Cum hodie uitio, et quidem non leuiculo, uertant cum Anabaptistis, et doctores, suo iudicio, egregii

mg De nomine Pauli |

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

quidam, quod cognomina sua aliqui fratrum, dum latine scribunt, uel in latinam linguam aut graecam uertunt, uel ad modum barbarum inflectunt. Adeo non minus rara quam eximia
 55 res est, recto de rebus istis externis iudicio esse praeditum.

Ex uoluntate Dei legatus Iesu Christi.

Eplithetis semper Paulus ad institutum suum facientibus uti solet, describere Ephesiis sinceriores rationes Christianismi hac Epistola uoluit, et salutem per Dominum nostrum Iesum Christum partem pectoribus eorum penitus inserere, se igitur legatum Iesu Christi laudat, uo lens significare se non aliud quam salutis illorum negotium, ex mandato
 60 Seruatoris et uoluntate patris apud eos hac Epistola acturum. Atque ita uel breui hoc

titulo Ephesiorum animos beneuolos et attentos sibi reddidit. Quis enim non ex animo uelit et studiose quidem audire legatum Iesu Christi, id est, Seruatoris et uncti regis, qui suos spiritu sancto donatos, iustos et beatos reddit, eoque ; non nisi salutaria mandat? Ad idem facit, quod se ex decreto patris Dei hac salutis legatione fungi testatur.

- 65 Docemur uero hic primum, ut his praecipue nominibus nos fratribus commendemus, quae proxime fecerint ad promouendam apud illos, ut gloriam Dei, ita et ipsorum salutem, hoc est, quibus illis simus usui, non quibus admirationi, multo minus quibus terrori. Deinde, ut dignationem erga nos Dei ingenue prae nobis feramus. In

mg Quibus Epithetis Paulus utatur. |

M. BVCI COMMENTARIVS

[p.18]

- comparabilis siquidem dignitas erat esse legatum IESV Christi, idque ex uoluntate Dei, eam tamen Paulus quamlibet modestus, nequaquam dissimulauit, sed in gloriam dei et fratrum salutem, ingenue professus est. Certa sunt dona Dei, eoque ut uere adesse sentiuntur, ita debent indissimulanter, sed in gloriam donatoris ac fratrum salutem, proferri atque suo modo ostentari. Postremo monemur, neminem posse legatum Christi esse gloriaeque eius preconem, nisi ex uoluntate missionis Dei. Quomodo enim 75 praedicabunt nisi mittantur? scribit Apostolus Romanis: Legatum namque Christi is agit, qui annunciat ipsum unicum esse saluatorem, idque ; agit quemcumque a spiritu dei extrusus fuerit, ut quam plurimos huic caelesti regi adducat. Huiusmodi autem quod uel cogitare posset ex sese mortalis? Cor. Paul. scribit, ubi de hac sua legatione loquitur, nos haudquaquam idoneos esse, qui ex nobis ipsis cogitemus quemquam, tanquam ex nobis ipsis etc. 80 Nemo ergo legatum Iesu Christi agat, hoc est, Euan gelion sinceriter annuntiabit, nisi ad hoc opus, ex uoluntate Dei extrusus:

- Tantum abest ab eo, ut tanquam non missus, non sit audiendus, qui Christi doctrinam pure quidem tradiderit, non autem simul uita expresserit. Vt cumque uita habet, quicumque recte Christum praedicat, is id ex sese cogitare non potuit, eoque a deo ad hoc missus 85 est, ac uae ei, quae praedicat contempserit, multum enim interest, inter ultrocurrentes, qui sua aut alio rum figmenta praedicant, et qui ipsissimam Christi ueritatem, quam nemo docebit nisi impulsus missusque ; diuinitus.

mg Quis Christi Apostolus. |

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

- Impellunt autem mittique ; ad praedicandum hanc, possunt etiam qui non per omnia illi uita respondent, neque pure gloriam Dei, et nihil sui quaerunt. Christum enim, licet ex mala occasione praedicabant, et humana commenta nequaquam, quorum Paulus Philpp. 2. 90 meminit, id tamen serio Apostolus gaudebat, nequaquam gauisurus si humana commenta praedicassent, quia alienorum uocem uos audire nequaquam sustinent, tam abest ut

ad illam gaude reut. Hypocritae quoque illi, quibus Dominus Matth.7. testimonium perhibet, quod in nomine suo prophetarunt, utique id ex spiritu eius atque uoluntate patris fecerunt. Humanum nanque ingenium nihil tale uel comminisci potest. Missi igitur diuinitus et hi fuerunt, et Christum ipsum contempsit, quicumque illorum contempsit prophetiam. Vere igitur et si plane impii ad praedicandum missi fuerant, au diendique ; timentibus Deum erant, utcunque uita illorum cum doctrina pugnaret.

Orandus igitur deus ut in messem suam extrudat, qui non tam uerbis quam uita doceant, et danda opera est, ut tales ad docendi munus deligantur. At nequaquam contemnenda interim est, et eorum praedicatio, qui uita sunt insinceriore, de Christo tamen uera testantur. Missio ita que ad praedicandum Christum, nihil sane aliud fuerit, quam uoluntas praedicandi, quam nobis ille salutem parauit, con iunctam habens huius facultatem, quam utramque solus Deus suppeditat, de qua in Matthaeum dixi plura.

Sanctis qui sunt Ephesi.

mg Qui currentes et qui missi | mg Quid mis sio. |

M. BV CERI COMMENTARIVS.

105 Sanctum scriptura uocat, quod est Deo consecratum, eoque ; augustius iam et diuinae quodammodo reuerentiae particeps. Sic populus Israel, praecipue sacerdotes, templum et instrumentum eius, sanctitatis nomine passim in scripturis celebrantur. Iam qui Christo uera fide nomen dederunt, filii dei sunt, ac ita gloriae dei consecrati atque de diti, ut ad cam sint penitus demum reformandi, futuri con formes imagini filii Dei, plane iusti et
110 beati. Vel soli igitur hi sunt, qui sanctitatis nomine uere insigniuntur, quip pe cum nihil possit uel cogitari augustius et diuinius, quam esse filium Dei et cohaeredem Christi, cuius potestas fit omnibus qui in nomine Christi credunt Ioan. 1. Vnde hic mox Paul. subiicit καὶ πιστοὶ ἰν ἁ χριστῷ, quod reddidi, nempe fidem habentibus etc. Nam omnino haec interpre tatio est eius, quod praemisit. Sanctis, eo quod sancti, id est, Deo dediti,
115 eoque ; uere augusti et diuini, non sint nisi qui per fidem in sortem siliorum Dei ad sciti sunt.

Hoc autem πιστοὶ ἰν ἁ χριστῷ, uerti, fidem habentibus Christo. Nam quod scriptura suo idiotismo dicit credere in aliquo uel aliquem, nos dicimus credere alicui, fidemque habere. In 2. nanque Mosch. cap. 14. legimus, et uidit Israel manum Domini magnam, quam contra Aegyptios exercuit, et timuit populus dominum, et crediderunt in dominum,
120 et in Moscheh seruum eius, quid hoc crediderunt et in Moscheh seruum eius fuit aliud, quam uerbis Moscheh habuerunt fidem? Item in eodem libro cap. 19. dixit dominus ad Moscheh: Ecce egouenio ad te in caligine nubis, quo

mg Sancti. | mg Fideles in Christo. | mg Credere in domino. |

[p.19]

IN EPIST. AD EPHESIOS.

125 dudiat populus uerba medadte, et etiam in te credant perpetuo. Hoc sane, et etiam credant in te, perinde fait, atque si dixisset, ut tibi credant et uerbis tuis, agnoscentes te ex mandato meoloqui, fidem habeant. Sic ergo et credere in Christo, perinde est atque credere Christo, uerbisque ; eius fidem habere

Hoc uero ex se mox gignit fiduciam in eum, efficitque ut ipsum suspiciamus et adoremus seruatores. Nam de se praedicat, qui in se crediderit, eum aeternam uitam
130 habere, suscitandumque a se in die nouissimo. Haec qui uera agnoscit, quod nemo nisi a spiritu sancto persuasus poterit, quomodo non illico omnem fiduciam suam in illo collocet, atque felicitatis suae autorem illum colat? Paulo itaque fides proprie persuasio est, qua mens de uerbis D O M I N I nihil addubitat, persuasa scilicet a spiritu sancto Hinc liquet, Vallam illum inimitabilem uirum, non linguarum tantum, sed et scripturarum D
135 E I proprietatem in hoc recte considerasse, qui, quam graeci τὸ πιστὸν uocant, latinis censuit, persuasionem probe dici.

Certe nihil aliud fuit laudata illa Abrahae fides, ob quam et iustus Deo habitus, et credentis populi pater fuit constitutus. Deus siquidem illi promiserat filium, et posteritatem innumeram, hoc credidit et inde iustus habitus est. Scriptura suo idiotismo habet: Et
140 credidit in Domino, Hebraice , quod, quid fuit aliud, quam pro mittenti sobolem Deo, habuit fidem, persuasus utique a spiritu dei? Non aliter se habet et fides, qua iustos uiuere

mg Fidutia ex fide. | mg Fides Abrabae. |

M. BVCKERI COMMENTARIVS

[p.20]

Habalcuk cecinit. Nam promissionem de liberatione populi illic Vates praemisit, testatus perturbato et adflicto animo fore, qui ei fidem habere non sustinerent. Contra autem
145 iustum, fide sua uicturum, id est, bene habiturum. Persuasi enim a spiritu sancto electi, liberationem a malis omnibus per Christum certo futuram, ut hinc bene de uoluntate Dei fidunt, ita et spe uiuunt, omnia boni consue lentes, utcunque ex praesenti calamitate uideantur morti addicti.

Proinde quam Apostolus τὸ πιστὸν, et uulgo fidem latine dicunt, si germanam uocis huius, ut ea Paulus usus est, significantiam recipimus, persuasionem Euangelii
150 per spiritum sanctum electis et uocatis factam, per eam intelligemus. Ea nonnunquam quidem pro fidutia in bonitatem DE I accipitur, sed per Metalepsim. Ex persuasionem enim de promissis Domini, fidutia in bonitatem eius gignitur.

Quod si noui illi hostes fidei, uirtutis, quae omnis pictae et salutis unicum fundamentum est, quidam Anabaptistarum cognouissent, non ita contra nos fremerent, quod
155 fidei in iustificatione primas tribuimus, et agnoscerent friuolum esse, quod contra nos afferunt. Neminem ei posse fidere, quem non antea amauerit. Eoque amoris DEI non fidei, primas tribuendas. Et enim ut nemo fidutiam suam in illo fixam habebit, quem non dilexerit, ita neminem quisquam diligit de cuius uirtute

mg Iustus ex fi de uiuit. | *mg* Quid fi des. | *mg* Cauillum Anabapti starum. |

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

160 et bonitate, non fuerit antea persuasus. Quis namque amet eum, quem bonus an malus sit, ignorat? Vnde autem deum bonum et nobis bonum, ut amare eum, confidereque in eum possimus, cognoscemus? Certe quae DEI sunt, et de deo scriptura praedicat, homo secundum animam uiuens, non percipit.

165 Ergo ad flatu spiritus sancti hic opus est, qui Euangelion cordibus electorum persuadeat, hoc demum pacto uo cantur, et a patre ad filium pertrahuntur, quotquot ad uitam praeordinati sunt. Atque hic auditus ille est, unde fides prouenit Rom. 10. Ad quem et si ministret Euange lii externus praeco, attamen quia plantans et rigans nihil sunt, inefficax erit omnis praedicatio, donec cordi Euam gelion praedicauerit et persuaserit spiritus sanctus. Apud quem uero ea persuasio obtinuerit, is etiam si ex parte quam
170 bonus sit Deus cognoscat, fieri tamen non potest, quin illum et amet et reueretur, ac optima quaeque de ipso sibi polliceatur, fidem scilicet habens Euangelio, quod sic illum praedicat, quae et certo consequetur, cum spes in deum non pudefaciat. Itaque post electionem sanctorum, proximum est, ut DEVS suorum se cordibus per uerbum, quod tamen
175 suo spiritu illis persuadeat, insinuet, ex hac mox persuasione certanque fide, quam uerbis eius iam habent, consequitur fiducia eius et amor, propensaque ad gratificandum ipsi in omnibus uoluntas.

Tria ergo haec fides, spes, charitas sunt, quibus prae

mg Vnde fides et amor Dei. |